

Romolo Cegna – [nicolaus.drazna@virgilio.it](mailto:nicolaus.drazna@virgilio.it)



This work by Romolo Cegna is licensed under a Creative Commons Attribution - Non commerciale - Non opere derivate 3.0 Unported License. Permissions beyond the scope of this license may be available at <http://nicolausdrazna.xoom.it/>

Romolo Cegna, *Retractatio Tractatus de usuris* (2014).

Nicolai de Drazna [de Dresda de Rosa Nigra], *Tractatus de usuris*

in: Paul De Vooght († 1983), *Le traité “De usuris” de Nicole de Dresda*, Recherches de Théologie ancienne et médiévale, Tome XLIV–1977 (I, pp.150-210); Tome XLV-1978 (II, pp.181-235); Abbaye du Mont César, Louvain (BELGIQUE). RETRACTAVIT Romolo Cegna [finitum 2012: **prego scusare gli errori materiali e suggerirne la correzione; questa edizione in sito on-line nicoausdrazna.xoom.it è esplicitamente autorizzata dai detentori dei relativi diritti d'autore; ove leggesi Nicola della Rosa Nera si ponga anche di Drazna (Dresda)**].

*Rogo autem et humiliter et pie quemlibet legentem mea scripta ut non festinet cito meas sententias opinionisque credere ultimas quas interdum et forsitan non raro ob meam fragilitatem, infirmitatem, inbecillitatem et ignorantiam inventas, deinceps quasi inutiles, dispendiosas et ineptas libenter mihi videtur relinquendas et substituendas, fontibus historicis rectius consideratis et antiquis novisque interpretationibus Magistrorum clarissimorum attente excussis. (rectane lingua latina usus sum?)*

### Adde in bibliographia

Nicolaus De Drazna, *Opera omnia* [vide *Repetitio seu Tractatus de simonia*: Bibliographia; lege Nicolaus de Drazna - Opera omnia, in sito [nicolausdrazna.xoom.it](http://nicolausdrazna.xoom.it)].

*Opere certe di Nicolaus de Drazna: Tabule veteris et novi coloris seu cortina de Anticristo*, [Consuetudo et ritus primitive Ecclesiae et derivative, non certe], ed. H. KAMINSKY ET ALII, in *Master Nicholas of Dresden-The Old et new color*, Philadelphia 1965; *De quadruplici missione*, ed. J.Sedlák [dal codice Praha NK IV G 15 collazionato con il Codice Wien ÖNB 4673], “Studie a texty” 1914, 95-117 [Andrea Burešova, *Diplomová práce*, Ústav klasických studií Filozofické fakulty MU 1997: *Přepis rukopisu Mk 102 traktátu De quadruplici missione* (srovnání textu edice Jana Sedláka s textem rukopisu Brno UK Mk 102, ff. 88v-99v)]; *Querite primum Regnum Dei*, ed. J. Nechutová, Brno 1967; *Expositio super Pater Noster*, ed. J. Nechutová- R. Cegna, “Mediaevalia Philosophica Polonorum” [MPP], 30-1990; *De reliquiis et de veneratione sanctorum*: extant tantum *De purgatorio* et *De imaginibus*, *De purgatorio*, ed. R. Cegna MPP 33-1977; *De imaginibus*, ed. J. NECHUTOVÁ, “Sborník prací Filozofické Fakulty Berněnské University“, 15 (1970), 211-40; *De usuris*, ed. P. DE VOOGHT, “Recherches de Théologie Ancienne et Médiévale“, 44 -1977et 45-1978 edizione difettosa; *Puncta*, ed. R. Cegna, MPP 33-1996; *Apologia seu Tractatus de communicatione sub utraque specie*, ed.on-line, ed. Petra Mutlová 2007 Masarykova Univerzita-Brno, <http://is.muni.cz/th/10455> (riferimento principale a Praha, NK, ms. IV G 15, ff. 166r-192v; imminente è l'edizione cartacea a cura della stessa Università [oggi 10 ottobre 2013]); *Sermo ad clerum de materia sanguinis Nisi manducaveritis* (september-october 1414) ed. R. CEGNA: 1A ED. in *Puncta*, Mediaevalia Philosophica Polonorum 33-1996, 157-187 (retractavit H. KRMÍČKOVÁ, *Príspevek k edici kázání Mikuláše z Drážďan Sermo ad clerum Nisi manducaveritis*, “Listy filologické”, 123 (2000), 251-99), 2a ed. in R. Cegna, *Nicolaus de Drazna, Tractatus de sanguine Christi sub forma vini* (2a ed. 2013), sito [nicolausdrazna.xoom.it](http://nicolausdrazna.xoom.it); *Contra Gallum, Nisi manducaveritis*, ed. H. KRMÍČKOVÁ, *Studie a texty k počátkům kalicha v Čechách*, Brno 1997, 165-195; *Sermo ad clerum Nisi manducaveritis factus per Dominum Nicolaum praedicatorum Teutonicorum in Zaczy in anno Domini MCCCCXVI*, Dessau Stadtbibliothek ms. Georg 50 (ora nella Staatsbibliothek di Berlino), ed. R. Cegna in R. Cegna, *Nicolaus de Drazna, Tractatus de sanguine Christi sub forma vini*; *De iuramento*, Praha APH, C 116, ff. 166r-169v. 1a ed. R. Cegna, *Aevum* 82 (2008) nr. 2, 429-489 2 ed. 2013 ed. R. Cegna insito [nicolausdrazna.xoom.it](http://nicolausdrazna.xoom.it); *Collecta auctoritatum de materia sanguinis* (da uno di cinque Codici Praha NK IV G 15, ff. 213vb- 226rb), ed. R. Cegna in R. Cegna, *Nicolaus de Drazna, Tractatus de sanguine Christi sub forma vini*, (2a ed. 2013), sito [nicolausdrazna.xoom.it](http://nicolausdrazna.xoom.it).

**Opere perdue:** *De reliquiis et de veneratione sanctorum: de peregrinatione* [forsitan: Praha NK VIII E 3 ff. 36r-37r et Praha NK XXIII F 204 f.89ra], *de signis et miraculis, de communionem sanctorum, de indulgentiis*; *Tractatus de materia sanguinis sub forma vini in sacramento* [vedi in questo sito R. Cegna, *Nicolaus de Drazna. Il Tractatus de sanguine Christi sub forma vini*]; *Questiones circa quartum Sentenciarum (De purgatorio, 63)*; *Sermones super requiem factos ad sacerdotes et beneficiatos et ad monachos et ad ceteros similes (De purgatorio, 74)*.

**Opere attribuibili a Nicolaus de Drazna:** *Consuetudo et ritus primitive ecclesie et moderne*, ed. H. Kaminsky, *Master Nicholas*, 66-85; *Tractatus de simonia Praha NK V E 28*, 1a ed. Przegląd Tomistyczny 11 (2005), 159-295; id. 12 (2006) 283-285, 2a ed. hic textus in sito nicolausdrazna.xoom.it.; *Replica Rectoris Scholarum in Wildungen ad epistulam Rectoris scholarum in Korbach seu improbatio argumentorum contra sententiam pro comunione laicali sub duplici specie [incompleto]*, Praha AHP D 118, ff. 1r-51v; *De proprio sacerdote et casibus*, Brno Moravská Zemská Knihovna Mk 102, ff. 83r-88r.; *Sermo "Super cathedram Moysi sederunt scribe (De heresi)"* Praha NK V E 28, ff. 97v-102v; *De malitia cleri evitanda*, Praha NK V E 28, ff. 142r-149v; *De libera Verbi Dei predicatione*, Praha AHP D 52, ff. 227r-234r et ff.173r-174r.

**Opere connesse col pensiero o a testi di Nicolaus de Drazna:** *De iuramento Praha NK X F 8*, ed. J. Sedlák, "Studie a texty", 1-1914, 86-94; *De excellentia Sacre Scripture*, Praha NK X D 10, 72v-73v; *De iure et eius divisione*, Praha NK III G 16, 127v-128r; *Quod fuit ab initio*, Kraków BJ 2148, 34v-39v (non è un sermo ma un *collectum auctoritatum*: in inizio la lettura *1 Io 1, 1-7* viene riferita da Bartoš-Kaminsky alla festa della "Dominica in octava Ascensionis Exaudi", ma in tale Domenica la Lettura è *1 Pr 4,7-11*; il testo è di *auctoritates* che nella parte seconda sono utraquistiche; la terza parte è dedicata all'Anticristo); *Processus consistoralis Martirii Iohannis Hus-De Christi victoria et antichristi casu.*, ed. Otto Brunfels, Strasburg ?, 1524-1524 (2 *Ludi Liturgici* compost[i] di frammenti di opere di Nicola della Rosa Nera, dello *Speculum aureum* e, per il *De Christi Victoria*, con ampio utilizzo della *Expositio in Apocalypsim* di Pietro di Tarantasia [ridotta in *Glossa in Apocalypsim Confitebor*]; *De fraternitate Christi*, Brno MZK Mk 108, ff. 1r-3v, ed. R. Cegna, in *In memoriam Josefa Macka (1922-1991)*, ed. Miloslav Polívka-František Šmahel, Praha 1996,87-101 (il testo latino fu edito da R. Cegna in traduzione italiana in R. Cegna, *Medioevo Cristiano e penitenza valdese*, Torino 1994, 266-271, e in questo sito nicolausdrazna.xoom.it; *Dicta seu Collecta auctoritatum*, Kraków BJ 1403, ff. 171r-177v [tra l'altro notevoli riferimenti nei *Puncta.*, *Tabule veteris et novi coloris*, *Consuetudo et ritus primitive ecclesie et moderne*, secundum *Puncta*,29]; *Definitiones theologicae*, Praha NK XXIII F 204 ff. 74r-88v (ineunte saec. XV); *Collectum auctoritatum*, Karlsruhe LB 346, ff.129r-130v [tra l'altro riferimenti nei *Puncta*]; *De decalogo seu de decem preceptis*[esiste solo la traduzione in valdese: Genève BP 208 ff. 30v-68v, Dublin STC C 5 22 ff.197r-230r; ed. in traduzione italiana R. Cegna, *Fede ed etica valdese nel Quattrocento*, Torino 1984, 168-210 e 258-281]; *Summa: De excellentia Sacre Scripture in ordine ad alias scientias seu facultates, De comparatione theologie ad artes, De virtute canonum et de comparatione ipsorum ad theologiam; De scientia sacerdotum; A quibus sit docendum et de licentia docendi, De constanti Christi confessione, De correctione*, Praha NK X D 10, ff. 74rb-80vb; *Commentarius in Apocalypsim In omnibus legis divine libris*, Praha NK X F 2 (per totum).

## **Corpus Iuris Civilis; Corpus Iuris Canonici.**

[vide *Repetitio seu Tractatus de simonia*: bibliographia]

*Corpus Iuris Canonici* in tres partes distinctum, glossis diversorum illustratum, I-III, Lugduni 1671. In primo volumine invenies Decretum cum Glossis Iohannis de Faventia, Iohannis Teutonici et Bartholomaei Brixiensis; in secundo volumine leges Decretales Gregorii IX cum glossa ordinaria Bernardi Parmensis, additis glossis Abbatis Antiqui. Sequitur Liber Sextus Decretalium Bonifacii VIII cum Glossa, additis glossis Iohannis Andreae.

*Corpus Iuris Canonici*, editio lipsensis secunda post Aemilii Ludouici Richteri curas...instruxit Aemilius Friedberg, Pars Prima, Pars secunda, Leipzig 1879, ed. copia fotostatica, Graz 1959.

### *Corpus Iuris Civilis.*

Volumen primum. *Institutiones* recognovit Paulus Krueger; *Digesta* recognovit Theodorus Mommsen retractavit Pauus Krueger. Volumen secundum. *Codex Iustinianus* recognovit Paulus Krueger.

Volumen tertium. *Novellae* recognovit Rodolphus Schoell (opus Shoellii morte interceptum absoluit Gulelmus Kroll). Berolini 1828-1829 (1904-1908) (rist. Dublin-Zurich 1972); *on-line* The Roman Law droitroman-upmaf.grenoble.fr

*Corpus Iuris Civilis* coeptum ab Alberto et Mauritio Fratribus Kriegeliis, continuatum cura Aemilii Herrmanni, Lipsiae 1868: t. I *Institutionum D. Iustiniani libri IV, Digestorum D. Iustiniani Libri L*; t. II, *Codex*; t. III (absolutus studio Eduardi Osenbrüggen) *Liber Constitutionum Novellarum sive Authenticarum D. Iustiniani, Iustiniani Imperatoris Edicta, Imp. Tiberii Augusti Novellae Constitutiones, Feudorum Libri cum fragmentis*. (citatur: Kriegel).

*Decretales Domini Papae Gregorii noni* accurata diligentia novissime post alias omnes impressiones quam pluribus cum exemplaribus emendate aptissimiisque imaginibus exculte cum multiplicibus reportariis antiquis et de novo factis ad materias quascumque inveniendas amplissimis, additis casibus [seu glossis] Bernardi [Parmensis] qui frugem et utilitatem maximam studentibus exhibebunt. ...Cum d. Abbatis textuum divisionibus et eiusdem notabilibus ad glossas

suis locis in margine dispositis. Cum casibus longis seu glossis] Bernardi [Parmensis] ...appositis... Cum Margarita demum Decretalium, libello admodum utili, omnes flosculos in ipsarum Decretalium textibus reconditos colligente... Impressas Venetiis summa cum diligentia typis ac sumptibus largissimis heredum quondam B. Octaviani Scoti Civis Modetiensis [di Monza] ac sociorum. Anno salutifere Incarnationis Domini Nostri MDXXVIII kal. Maii.

Abbas Antiquus, seu in Antiquis, de Gallia, operavit in fine saec. XIII, discipulus Petri de Sampsona: Lectura seu Apparatus ad Decretales Gregorii IX unde sunt glossae minores quas legis cum glossa ordinaria Bernardi Parmensis ad Decretales; in Tractatu De simonia nominatur Ab[bas], ff. 119r, 125r in textu et adn. (Schulte II, 130-132).

Alanus Ordinis Predicatorum composuit Apparatum ad I, II, III Compilationem quem edidit ante 1210 (Schulte, I, 188-189).

Albertus fuit Glossator Decreti Gratiani cuius opus secundae medietatis saeculi XII citaverunt Iohannes Faventinus, Huguccio, quemque nominarunt nunc Albertum nunc Cardinalem nunc Papam Gregorium VIII. (Schulte I, 130-131); in Tractatu De simonia nominatur Albertus, f. 114v; allegationem cum eius nomine invenis in principio Summae Iohannis de Friburgo, De simonia.

Antonius dictus Astensis seu Astesanus seu Astaxanus, de Asti (Piemonte), O. F. M., † 1330 composuit: *Summa de casibus*. Ex sex partibus (seu Libris) eius Summae secundus, quintus, sextus, septimus et octavus de iure canonico agunt; in Tractatu De simonia saepe notatur VI liber (De ordine); (Schulte II, 425-427).

Antonius dictus de Butrio (quod est oppidum prope Bononiam, hodie Budrio), [in *Tractatus De simonia* dicitur de Butriga (f. 108v)] [quondam fuit magister Iacobus Butrigarius bononiensis mediae etatis saec. XIV quem Iohannes Andreae vocat "Pater meus", Schulte II, 210 et 248; in Tractatibus editis dicitur Butriga.], probabiliter secundum formam dialecti Bononiae cuius fuit civis, natus est circiter 1338. Discipulus Petri de Ancarano, promotus doctor Iuris civilis 5 Octobris 1384, promotus doctor Iuris canonici 12 Iulii 1387, acceptus fuit 19 novembris 1399 in Collegium Doctorum iuris canonici. Gregorius XII misit Antonium cuius admirabatur scientiam et religiositatem et perspicaciam cum Antonio Carraro et Guilelmo Episcopo "di Todi" Massilliam anno 1407 ad Benedictum XII (Petrum de Luna) ad solvendum scisma sed Conventio quae habita est 21 aprilis 1407 irrita fuit. Antonius mortuus est 4 octobris 1408. Ab uxore Margaretha de Lambertinis Balduini habuit duas filias. Fuit eximius magister cuius inter alios discipulus fuit Franciscus Zabarella. Polemicas varias circa questiones Iuris canonici habuit cum suo magistro Petro de Ancarano (ut videtur clare supra in textu, f. 108v, Petri de Ancarano). Inter alia opera scripsit: Commentaria in Quinque Libros Decretalium (ed. Mediolani 1489 et apud Giuntas 1575 et 1578, Venetiis 1582: 7 volumina); Commentaria in Sextum (ed. Venetiis 1499 et 1575); Consilia, Tractatus de symonia (unus manuscriptus Bononiae). Antonius de Butrio et eius magister Petrus de Ancarano fuerunt clarissimi professores, bene remunerati et eximii propter animum christianum et munificentiam quorum laicitas (coniugatorum, cum filiis) favuit eorum sincero anticlericalismo una cum amore vivo pro ecclesia romana: servati sunt a periculis simoniae quacum omnimodo pugnauerunt ex adverso: Antonius admisit in iuribus duplicem simoniam et plenum regimen dispensationis cum simoniacis, cum Petrus de Ancarano partialem ius dispensandi docuerit, duplici simonia confutata. (Schulte, II, 289-294).

Bartholomaeus Brixiensis (Brescia, Lombardia); *Glossa ordinaria ad Decretum* (1238/1240-1245); eius nomen in editione Corporis Iuris Canonici, I, scribitur B.; Quaestiones dominicales et veneriales (1234-1241) quae citantur per Ioannem Andreae cuius opinio ex Quaestionibus dominicalibus legitur v. g. in Novella ad Decret. Gregor., ad X 5, 3, 23 Cum in ecclesie, t. V, p. 74; (Schulte II, 83-88).

Bertrandus, auctor, secundum Iohannem Andreae, Glossarum ad Decretales, Magister quondam Bernardi Parmensis, probabiliter 1220-1230; (Schulte I, 186-187).

Goffredus de Trano (Trani in Puglia), qui studuerat sub Azzone [†1235] Bononiae, in eadem civitate docuit, subdiaconus et cappellanus Gregorii IX papae, fuit creatus cardinalis, † 1245 Lugduni quo missus ab Innocentio IV ad Concilium Lionensem I. Goffredi opere scientia iuris illorum temporum semper et ample usus est, prasertim Iohannes Andreae qui scripsit de diversitate et discordantia glossarum: "Cesset obtenebratio textuum, animorum distractio, ingeniorum hebetatio, studentium perplexitas, quae ex diversitatibus glossarum ut dixit Goffredus in principio sue Summae, solent saepius obvenire" (Io. An. Novella, in introductione, t. I, p. 2a. Io. An. in eodem folio memorat antiquas Compilationes quibus usus Bernardus Parmensis canonicus Bononiensis 'apparatum, quo nunc utimur, compilavit. Ex quibus[dicit Io. And., secutus Goffredum] si qua dimisit utilia me offero suppleturum ne quid egregium iaceat in obscuro.) E ad vocem "Gregorius", t. I, p. 3, Iohannes Andreae commemorat Goffredum componuisse Apparatum (Glossae) in decretales Gregorii IX [etiam ineditum] semper praesentem in Glossatoribus et apud ipsum Io. And.. Summam deinde composuit Goffredus ("Et scias, scribit Io. And., quod Goffredus e contra post Apparatum Summam composuit"), saepe editam ("*Summa super rubricis decretalium*"; 1241-11245) qua prasertim usus est Io. And. cui gratiam habentes tamen per eius citationes ad minus in quatuor locis Tractatus de Simonia (ff. 110r, 117r, etiam 117r, 124v) Glossas Goffredi legimus; (Schulte II, 88-91). *Summa super rubricis Decretalium* Goffredi fuit valde diffusa et pluries publicata; glossae nunquam viderunt lucem et secundum Schulte (II, p. 88-89) leguntur tantum in duobus codicibus in Bibliothecis Vindobonae et Venetiarum.

Guido de Basio (de Bisi, de Baysio, de Abasio, id est de familia bononiensi) dictus Archidiaconus (Bononiensis),

†1302; *Rosarium seu In Decretorum volumen Commentaria seu Enarrationes seu Apparatus ad Decretum* (opus saepe editum, v.g. Venetiis apud Iuntas 1577); *Apparatus seu Glossae seu Commentarius ad Sextum* (opus ineditum); nominatur semper Archidiaconus cuius magisterium, scientiam et virtutem et peritiam iuris Iohannes Andreae laudat in Prohemio Libri Sexti cum glossis (Basilea 1500) ubi legitur: “Ego Ioh. Andr. Bononiensis in omnibus iuvenis inter decretorum doctores licet minimus, tamen indignus, cupiens huius operis mei fore principium... Si quid autem ibi fuerit nota dignum et velle, [gratus] prius Divine Potentie, secundo reverendissimo Patri sub cuius umbra quiesco et doctor sedeo, licet indignus, domino Guidoni de Baysio Archidiacono Bononensi ex cuius scriptis et dictis que non in glosas recipio sed in textu et maxime lectura per ipsum super Libro Decretorum noviter compilata infrascripta collegi. Hoc et quod sequitur honoris sui causa dictum fuit, Ipse enim me gratis doctoravit [invitum...]. Et licet omnium peritorum huius iuris dicta vel scripta suo iudicio putem esse summissa ut quod approbat approbatum, et quod reprobat habeatur a singulis reprobatur...”; (Schulte II, 186-190); ff. 113r, 117r, 119v, 122r, 125r.

Guilelmus Durantis, *Speculum (Iudiciale) cum additionibus Iohannis Andrae...*, Romae Georgius Lauer et Leonhardus Pflugel (I-II) ; G. Lauer (III-IV) 1474 Hain 6502.

Guilelmus de Monte Lauduno, †1343, Benedectinus, Professor in Toulouse; *Lectura super Sextum; Lectura super Clementinis* (1320-1327) quam Zabarella dicit tertiam post Lecturam Iohannis Andreae et Pauli de Lazariis; *Apparatus ad Extravagantes Iohannis XXII; Sacramentale*; Schulte II, 197-199).

Guilelmus Redonensis, de Rennes, Ordinis Praedicatorum: *Apparatus ad Summam Raymundi* (una cum Summa Raimundi plerumque legitur in Codicibus et in editionibus, interdum comprehensa Summa Iohannis de Friburgo), opus medio saec. completo; ms. 2189 Bibliothecae Jagellonicae Cracoviae saec. XV incipientis (In Henrico Boich legitur: Rodo[nensis]; in *De usuris* Nicolai De Rosa Nigra: Rodarum, II, 198., in *De simonia*: G [uilelmus] (In Tractatu De simonia, f. 116r), alias Gul. Super Ray alias frater W[ilhelmus]; (Schulte II, 413-414).

Hugo seu Hugutius de Pisa †1210; *Liber derivationum; Summa in Decretum*; (Schulte I, 156-170).

Iohannes Andreae, qui uxorem duxit et duos filios et quatuor filias habuit, † 7 iulii 1348 in Pest, *Glossa in Sextum* (1304), habita ut Glossa ordinaria; *Apparatus ad Clementinas* (1326) habitus ut Glossa ordinaria; *Novella in Decretales Gregorii IX* (1312-1321), in Medio Aevo fundamentum scientiae Iuris canonici et exemplum argumentationis; (Schulte II, 205-229). Iohannes Andreae (†1348), *In quinque Decretalium libros Novella Commentaria*, Venetiis 1581 (rist.. Torino, Bottega d'Easmo, 1963). Iohannes Andreae, *Novella in Sextum* (ed. papiensis per Franciscum de Guardenghis, 17 Aprilis 1483, Hain 1078).

Iohannes de Fa[ventia], dictus Faventinus [di Faenza, Emilia] †1190, *Summa in [vel] super Decretum*, excerpta ex duobus Summis Ruffini et Stephani; si legis Rosarium Guidonis de Basio pluras allegationes invenis cum eius nomine, sed eius glossas legis etiam in editione Corporis iuris canonici, I (Decretum Gratiani) ubi scribitur I. d'F, seu Io. De Fa. seu [errate] Io Fan. (Schulte I, 137).

Iohannes de Friburgo, Lector de Ordine Praedicatorum †1314, *Additiones ad Summam Raymundi* (in Codicibus et in editionibus saepe una cum Summa Raimundi); (Schulte II, 419-423).

Henricus Boich, Lionensis (Gallia [Britannia]), natus 1310, † non multo post 1350 (nonnulli ponunt mortem Henrici anno 1390) (Schulte II, 266-270). Opus maximum eius fuit: *Distinctiones in Libros Quinque Decretalium Gregorii IX*, quod opus, auctor Tractatus de Simonia quem edidi magnopere sibi proposuit fontem doctrinae et argumentorum, praesertim ex Commentariis in titulum tertium Decretalium, De simonia, Libri Quinti. (Schulte II, 266-270); v. g. Henricus olim attamen scripsit de uno Auctore citato (ad X 1, 3 De rescriptis, 1 Sicut Romana): “sed salva reverentia tanti Patris... ego vero Henricus dico...”; 1335: Doctor utriusque iuris Parisiis ubi docuit usque ad mortem; Van Hove (Commentarium Lovanense-Prolegomena, 261) scripsit de Distinctionibus: 'Opus eximii valoris'; Henricus fuit Consiliarius Regis Philippi VI de Valois.

*Distinctionibus* Henrici Bohic libenter saepe usus est Nicolaus de Drazna.

Il **Prologus** che Henricus Bohic pone alle sue *Distinctiones* è tenuto presente da **Nicolaus de Drazna** (de Rosa Nigra) nelle sue Opere, ispiratore di invocazioni iniziali e di metodo di stile e discussione. Esso va quindi tenuto sempre presente da chi si interessi alla Persona e alla Dottrina di Nicola.

Henricus Bohic, **Distinctiones super quinque libris Decretalium**, [Bayerische Staatsbibliothek. Digitale Sammlungen]. Opus preclarissimum distinctionum henrici bohic utrius(que) iuris professoris super qui(n)q(ue) libris decretaliu(m) noviter impressu(m) accuratissimeq(ue) correctum / per...franciscu(m) Josseran(n)di... - (Lyon 1498): Johann Siber für Jacques Buyer.

**Liber primus.** Prologus

Venerabilibus et discretis viris doctoribus, licentiatis, baccalariis et aliis scolaribus auditorium suum lecture decretalium

de mane parisius intransibus Henricus Boych, leonensis diocesis in Britania, inter alios utriusque iuris professores minimus cum sui recommendatione salutem in eo qui est omnium vera salus, cum debita correctione et utili emendatione prospicaciter intueri et salubriter attendere presens opus quoniam in dicta lectura decretalium per distinctiones per quas materie melius intelliguntur et facilius capiuntur ut probatur. ff. de excep. doli. l. i. et insti. de lega. §. sed non usque. et que contrarietates solvunt et oppiniones solvant ut patet. f. de rescriptis. c. super litteris. de offi. dele. super questionum articulis. de resti. spo. litteras. de simo. per tuas. de sen. ex. inter alia et. c. per tuas et. c. inquisitioni. Et no. hosti. in summa de sen. ex. §. si quis possit ab hac sententia circa medium. versus(?) forte perspicaciter ut plurimum procedere consuevi. **Quam plurimi vestrum aures meas sepe et sepius propulsarunt ut easdem distinctiones in scriptis redigere et ipsis de eisdem copiam facere non tardarem quod usque nunc facere non potui bono modo tam propter onus dicte lecture quam eciam propter alias occupationes multimodas quibus successive et causaliter involvebar.**

¶ Tandem oportunitatem Domino ministrante. quoniam votis petentium contradicere nec utilitatem studentium per mei subtractionem laboris vellem aliqualiter impedire vestris devictus precibus et amore nec non superatus instantia quorundam vestrum qui a me nonnullas de dictis distinctionibus **reportaverunt** et eas corrigi petierunt licet trepidus et diffidens de capacitate ingenioli non valentis cum me sciam tanto oneri penitus disparem confidens tamen de solita misericordia Salvatoris qui est lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum io. i. c. et. xxi. di. c. clericos in fi. in quo secundum beatum Ambrosium est omnis ratio superne scientie et terrene et qui earum est caput et auctor ut probatur xxxvii di. & hinc et Ambrosius et ubi ipse deest qui est fundamentum et lapis angularis ubi nullius boni operis edificium superdificari potest ut dicit Gregorius. i. q. i. Paulus. ad idem de conse. di. iiii c. ultimo. et de ipsius melliflua largitate et larga benignitate qui dat omnibus affluentibus et non improperat ut i. q. ii. quam pio. quique os aperire iubet et se illud asserit impleturum in psalmo. xxx. testante et Ieronimo super Ioelem quod oris apertio est in Dei non hominis potestate onus predictum subire non renui sperans ut qui prius dedit principium idem et finem tribuat qui non novit quippiam imperfectum I<sup>a</sup>. de bap. Maiores. §. sed adhuc. et qui res penitus desperatas donare et consummare sue virtutis magnitudine potest ut. C. de ve. iu. enucle. l. i. circa principium.

¶ Ad honorem igitur Summe Trinitatis et individue unitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti et Dei Genitricis Virginis gloriose ac totius Curie Supernorum non aviditate consequende laudis. hoc enim auctores legis divine et canonicè detestantur. de divina patet. i. Regum. ii. c. et in Psal. Exultavit cor meum nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes quia Deus scientiarum est Dominus Iere. ix. ad finem. dicit Dominus. Non gloriatur sapiens in sapientia sua et ecclesiastici. x. Noli te extollere in faciendo opere tuo et. i. ad Corinthios. iiii. Quod habes quod non accepisti, si autem accepisti quid gloriaris, et ad Gallatas. v. ad finem Non efficiamini inanis glorie cupidi. ad Ephe. ii. Ne quis gloriatur ex operibus. i. ad Thessaloni. ii c. Non querentes ab hominibus gloriam, Io. Viii. Ego gloriam meam non quero. et ad Gala. vi. Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. item Ieronimus ad Gal. q. 1 vocat falsam doctrinam qui gloriam querit humanam, et de quadraginta duabus mansionibus undecimo dicit Nihil tam periculosum est quam glorie cupiditas et iactantia et tumens animus conscientia virtutum. et super Matheo. v. Non queras gloriam et cum gloriosus fueris non delebis. et super parabo xxvii. c. dicit quod laus viciat seu cruciat iustos iniquos exaltat. et Gregorius etiam. xxxi. Moralium aggravans inanem gloriam dicit quod ex illa procedunt inobedientia, iactantia, ypocrisis, contentio, pertinacia, discordia, novitatum presumptio. ad idem Eccle. x. Odibilis coram Deo est et hominibus superbia et execrabilis omnis iniquitas gentium, ergo merito fugienda.

¶ Item etiam canon reprehendit bonorum actuum superbam gloriam. xi. q. iiii. iniustum, in fine, et eos qui humanam laudem querunt. i. q. i. sunt nonnulli. xi. q. iiii Non solum. et nec cupiditatem dictandi que [ff. ii b] improbat Prouer. xxiii. c. ibi dicitur Noli laborare ut diteris sed prudentie tue pone modum etc. sed caritate pro modulo ingenii seminande veritatis. xxxii. q. iiii obiciuntur libenti humero onus grande subire curavi omnium distinctiones quas reperiam factas per Patres et Doctores nostros seu vestros attendens illud Ecclesia. xxxix. Sapientiam antiquorum exquirat sapiens et in prophetis vocabit illos et illud. Io. vii. Qui a semetipso loquitur gloriam propriam querit illasque distinctiones quas mihi largitor scientie ministrabit in unum redigendo libellum sequendo sigillatum materias Decretalium et ordinem titulorum ad utilitatem vestram et aliorum qui iuri operam sunt daturi ad memoriam reducens quod nemo nascitur sibi soli Ecclesiastici. xxxiii. respiciente quoniam non mihi soli laboravi sed omnibus exquirentibus disciplinam. ar. ad hoc. viii. q. i. in scripturis in quibus distinctionibus si quid veritatis inveneritis oro ut vestra veneranda discretio soli principio veritatis dignetur adscribere qui linguas balbutientium facit disertas et per linguas infantium loquitur veritatem ut. viii. q. iiii. §. sed obiicitur. Nam omnis mundana scientia falso sibi vendicat peritie principatum qui solus pervenit de providentia triumphantis. Unde Apostolus. ii. ad Corinthios iii. c. fiduciam talem habemus per Christum ad Deum non quod sufficientes scimus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est etc. Certum est enim aliquos adeo sapientiam et scientiam per infusionem habuisse sicut de Salomone legitur. Iii. Regum. Iii. et. ii. Paralipo. i. Christus etiam dicit discipulis suis Luce. xxi. Ego dabo vobis os et sapientiam et scientiam cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri sed hoc donum non datur quibuscumque sed secundum arbitrium Spiritus Sancti secundum illud. i Corin. xii. alii datur per Spiritum sapientie sermo etc. Et postea subditur hec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus dividens singulis prout vult. ¶ Ascribatur autem insufficientie mee quicquid in hoc opusculo reprehendendum existat cum sim paratus etiam ab anniculo edoceri ad instar beati Augustini. xxiii. q. iiii. c. si habes circa medium. stultus est enim qui in eo se primum se existimat ut bona que viderit discere contemnat. xxii. di. De constantinopolitana. Me tamen reddant in hiis aliqualiter excusatum cognoscende veritatis affectus attendens illud quod dicit Ieronimus ad Paulinum. Discamus in terris quorum scientia nobiscum perseveret in celis et amor intimus quorum scientia nobiscum perseveret quem ad vos et alios vere studentes gero stabili corde fixum quibus attrahor manum ad calamum mittere: licet ad id insufficientissimum me

cognoscam. ¶ Sic autem hoc opusculum memoriale provecitis: iuvenes instruat cum paribus conferat et desides excusso negligentie somno assiduos et vigilantes reddat ad studium frequentandum. I<sup>a</sup>. De homici. Per human. li. vi. Hoc inquam opusculum sustinentes melioribus rationibus roborantes et merito reprehendentes amplector detrahentibus vero non resisto: sed velut agnus coram tondente non aperiens os meum de peni. di. ii. Si enim inquit ad fi. prime columne. Unum tamen non omittens quod in nonnullis distincionibus ex certa scientia aliqua membra omittam timens confundere iuvenum intellectum que obmissa sub expressis membris possunt congrue comprehendi si debite ponderentur et in aliis distincionibus multiplicabo membra ad enucleationem materiarum et aliquale solatium provectorum sequens pro posse dictum Philosophi in Libro Ethicorum. ¶ Prudentis est unumquodque examinare prout natura rei requirat ut no. cardinalis. I<sup>a</sup>. de here. c. statutu. secunda glo. hic confunditur. li. vi. Et dictum Iero. ad Cipri. v. studentis intelligentiam queram et non doctrine gloriam ex multiplicatione sermonum ad quo facit. xliii.di.c. sit rector ad fi. ibi et auctorem suum hec eadem loquacitas inquinat qui servire auditoribus ad usum profectus ignorat et ea. di. §. fi. ibi. qui enim docet ea que ab auditoribus intelligi non valent non eorum utilitatem sed sui ostentationem facit. et. xlvii. di. §. i. Nihil est impudentius arrogantia rusticorum qui garrulitatem auctoritatem putant. ¶ Unde secundum Augustinum. Ratio vincit disputationis pugnam. xxiii. q. vi. videns. timens incidere in dictum Oratii obscurus fio dum brevis esse volo. vel dictum Ieronimi super ieremiam. ii. li. ii. in principio. nec nimia longitudine extendendum esset opus nec immoderata brevitatem scientie intelligentia auferenda quorum alterum onerat sensus legentium: alterum fastidit studiorum desiderium. et super Ysa. li. vi. sic studendum est brevitati quod nullum damnum intelligenti fiat. pro quo. I<sup>a</sup>. de pe. et remis. significavit. et de illa brevitatem debet intelligi dictum Va[f.ii va]lerii libro iiii c. i quod multa et magna breviter sunt dicenda et quod in presenti opusculo intendo allegare Tho. De Aquino presertim in Summa sua. Scias quod ubicumque allegabo Thomam in Summa sua nullo addito semper intelligam de Secunda Secunde nisi alia pars specialiter exprimatur. Item Archidiaconum in Rosario suo et super li. vi interdum sub nomine Archidiacono interdum sub nomine proprio scilicet Guido allegabo sed in vi. communiter sub nomine proprio et in Rosario sub nomine Archidiaconi. Si que igitur in presenti opusculo omisit occupatio aut minus bene tradidit imperfectio quam in me nec volo nec valeo excusare circumscriptis invidie stimulis et detractionis mordacitate penitus relegata fraterna caritas cuius correctioni et supportationi me suppono libere valeat emendare. ¶ Revocans ex nunc si qua me scribere exigerit que sint seu sapiant quod absit contra veritatem legis divine. canonice vel civilis. Et prestans expresse quod ea habeo pro non dictis. Dicamus igitur: In nomine Patris e Filii et Spiritus Sancti huic principio nostro sit fundamentum ipse lapis angularis Dominus Noster Iesus Christus sua ineffabili gratia que est triplex proveniens et cooperans. Probatur I<sup>a</sup> de homi. c. pro humani in principio. et § i. li. vi ubi hoc no. Hosti. et Io. An. post eum et ex predictis proficiens que sequuntur quia Deus opus imperfectionis non novit. I<sup>a</sup> de bap. Maiores. §. sed adhuc et Dei perfecta sunt opera Deutero. xxxii. Et in Psalmo Audite celi que loquor ipsique principio medio atque fini adsint Beata Virgo Maria totaque curia Supernorum qui hoc inchoatum suppleant, perficiant et confirmant attendens illud Iero. ad Lucinum cepisse multorum esset, ad culmen pervenisse paucorum ut per hec et alta bona que fecimus in hac vita possumus cum Angelis in eterna gloria collocari amen. Hoc est verum sive erit de conse. di. ii. re vera vel. i. sine defectu ab a. quod est fine et mene quod est defectus quid dic ut no. Archi. xxxviii. di. Sedulo. super verbo Amen.

Iohannes Monachus †1313, *Apparatus in Sextum dicta Glossa in Sextum seu Glossa aurea*, 1535 Parisiis et Venetiis 1585. In *Novella ad Sextum* Iohannes Andreae in Praefatione ponit: "...huius libri Sexti ...tres fuisse glossatores, de quibus constat, scilicet dominum Iohannem Monachum et me qui fuimus concurrentes, et Archidiaconum..."; Iohannes Monachus †1313, *Apparatus in Sextum dicta Glossa in Sextum seu Glossa aurea*, edita 1535 Parisiis et Venetiis 1585; (Schulte II, 191-193).

Iohannes Teuthonicus, †1269, fuit auctor *Glossae ordinariae ad Decretum et Apparatus ad Compilationem IV Decretalium*; (Schulte I, 172-175); eius nomen in editione Corporis Iuris Canonici, I, ubi legis Decretum, scribitur IOAN.

Oldradus de Laude (di Lodi) dictus Laudensis, Professor Iuris Canonici pataviensis, senensis, Bononiensis, etc., †1335: Quaestiones, Consilia. Eius dictis usus est libenter Iohannes Andreae ut iam Bernardus Parmensis (v. g. *Glossa ordinaria* ad X 5, 3, 1 In ordinando, ad vocem "vendere": "Laudensis dicit quod etiam si [notarius] nihil percipiat de publico, nihil potest recipere de tali scriptura, quia simoniam committeret"); (Schulte II, 232-233).

Raimundus de Pennaforte, Doctor Decretorum Bononiensis, †1275, (Sanctus 1601), Ordinis Praedicatorum; composuit: *Summa* (Pars I de simonia incipit: "Quoniam inter crimina ecclesiastica simoniaca haeresis obtinet primum locum"; (Schulte II, 408-413. Summa: "Wenige Werke haben die gleiche handschriftliche Verbreitung gefunden...") Raimundus de Pennaforte, O. P., *Summa* (alias de simonia, de poenitentia, de matrimonio), Veronae 1754.

Tancredus Bononiensis celeberrimus Magister iuris qui annis 1215-1217 *Apparatum* composuit ad *Compilationem I-II-III Decretalium* (Schulte I, 199, -205) cuius Glossa tamquam ordinaria habebatur ante Bernardum Parmensem; vide etiam infra f. 122r; Tancretus magni existimatur a Nicolao de Draza qui eum commemorat: *Repetitio seu Tractatus de simonia*, f. 119v; *Tabule*, ed. Kaminsky, 49; *Expositio super Pater Noster*, ed. R. Cegna, 170.

## Bibliographia minima.

Valentin Urfus, *Jakoubek ze Stříbra a Mikuláš z Drážďan jako teoretikové úroku a lichvy*, in: Jihočeský sborník historický, 35- 1966, 3-4 (Muzeum v Českých Budějovicích), pp.199-204;

Valentin Urfus, *Právo, úvěr a lichva v minulosti* (Diritto, credito e usura nel passato) [Uvolnění úvěrových vztahů na přechodu od feudalismu ke kapitalismu a právní věda recipovaného římského práva], Brno 1975 [nota tra l'altro: Diritto Giustiniano; Scuole di diritto romano e di diritto canonico nel Medioevo su interesse e usura; Boemia e dottrina medievale su interesse e usura].

Jaroslav Mezník, *Vlastnictví rent na Starém Městě počátkem 15. Století*, in: Pražský sborník historický 7-1972, pp.50-61; *Pražská řemesla počátkem 15. Století*, id., pp. 5-38.

Carlo Gamba, *Licita usura. Giuristi e moralisti tra Medioevo e Età moderna*, Viella Roma 2003.

Schulte Joh. Friedrich von, *Die Geschichte der Quellen und Literatur des canonischen Rechts von Gratian bis auf die Gegenwart*, I Von Gratian bis auf Papst Gregor IX.-II Von Papst Gregor IX. bis zum Concil von Trient, Stuttgart 1875, Nachdruck Graz 1956 [legitur: Schulte I seu II].

*Magistri Jacobelli contra usuram*, in appendice: Paul de Vooght, *Jacobellus de Stříbro (†1429) premier théologien du hussitisme*, Louvain 1972, pp.351-386.

## Retractatio.

I, p. 175: Auctor editionis ponit: “Le traitè De usuris a été conservé dans trois manuscrits praguois: III G 9, ff. 99r-142v [G]; VIII F 3, ff. 127r-153r [F]; X D 10, ff. 220v-228v (recte: 230va) [D]. Comme F et D sont incomplets, l'édition suivante a été faite d'après G [ms. III G 9]. Là où une correction, suggérée par F [VIII F 3] ou D [X D 10] ou les deux à la fois, a été adoptée, la version de G est signalée dans l'apparat.” *Corrige quod dicitur de ms D in quo enim legitur Tractatus De usuris completus, et corrige numerationem secundum ms D*: ff. 224[recte 223bis]rab materia consuetudinis...affirmare presumat; 224[recte 223bis]vab: carius vendere...dici empcio; 224[non: 225] ra-b Ratio diversitatis...ideo de talibus; 224 [non 225] va-b ad negociatores...dei minime considerantes; *et sequuntur in ms. D*: 225ra, 225rb, etc., usque ad folium 228va-b 'quodammodo usuram...O iniquitas omnium ini(229vab recte 228vab)-quitatum! Quis audivit'; *sequitur* f. 230 228[recte 228bis]ra-b: quia ibi loquitur...beati Ambrosii; 230[recte 228]va : temporis errorem. Explicit De usuris in ms. D: “Hec autem ad presens dicta sufficiunt...Tractatus Magistri Nicolai de Drazn...” In editione per errorem proponitur: “Hec autem ad tempus dicta sufficiunt....Tractatus Magistri Nicolai de Dresda...”.

## Addenda et “corrige”

[Henricus Bohic citatur: *Distinctiones in Decretales Greg. seu In Quinque Libros Decretalium Greg.*]

I, 177-178; *adde novam notam*: “Textus, nonnullis omissis, legitur in Henricus Bohic, *In Quinque libros Decretalium*, in X 5, 19, De usuris, 6 In civitate,[ed. Lugduni, pp. 82-83] ubi invenies interdum allegationes iisdem verbis, id est: Iohannes de Friburgo [a Paul De Vooght nunquam agnitus], *Summa confessorum*, l. II, De usuris q. 14; Henricus de Segusio dictus Hostiensis, *Summa*; Raimundus de Pennaforti, *Summa*, l. II De usuris; Guido de Basio dictus Archid[iaconus; non: Archidus], *Rosarium in Decretum* ad Ca. 14, q. 3, c. 1; Goffredus de Trano, *Summa in Decretales De usuris*; ‘Species usure...locum habet secundum omnes’, ‘Dicitur usus quia...pecunie quod in idem redit [recedit]’.

I, p. 177; [omittendum: “a exaccione corr. Hac intentione”, *secundum quod notatur infra ad not. 4*]

I, pp. 177-178; not. 1; *adde et pone*: “Nicolaus de Rosa Nigra utitur in hoc suo Tractatu praesertim

commentariis Henrici Bohic, *Distinctiones in Libros Decretalium Gregorii IX*, ex quibus plerumque trahit allegationes, licet nomen illius Professoris Universitatis Parisiensis raro praebeat (I, pp. 186, 187, 190, 191; II, pp. 185, 195). In principio Tractatus legis apud Henricum Bohic, mutato ordine et nonnullis verbis omissis aut additis, quod supra ponitur in numeris 1-2-3: “Species usure sunt due...pecunie quod in idem redit (Henricus: “recidit”), Henricus Bohic, *Distinctiones in Decret.Greg.* ad X 5, 19 De usuris, 6 In civitate (5-6-2-3, ed. Lugd. 1557, p. 82r-v).

omnia sunt communia omnibus: iure vero constitutionis hoc meum, illud alterius est.]; item conditor canonis vel legis potest mihi dare rem alienam et tutus ero, ff. De evic, Lucius (Digesta, liber 21, tit. 2 De evictionibus et duplae stipulatione, lex 11 [Paulus libro VI Responsorum]. Lucius Titius praedia...; Kriegel I, 350), et C. De quadri. prescri., Bene a Zenone (Codex lib. 6, tit. 37 De quadriennii praescriptione, lex 3 Bene a Zenone; Kriegel II, 478) et per totum...". Vide glossam Bernardi Parmensis ad c. 5 Vigilanti qui ad sententiam de conditore canonis allegat "Digesta, De eviccionibus. Lucius", ubi non invenis verba quae Bernardus et post eum Nicolaus proponunt ("conditor canonis...tutus ero"), quam vero sententiam confirmat lex 11 quod notat Iohannes Andreae in Novella ad X 2, 26 De praescriptionibus, 5 Vigilanti (t. II, 217) ad hanc glossam "Noverit": "In gl. 2, ibi, Lucius lex 11]: si possessio vendita fuit sine culpa venditoris, precepto principis partim distrahitur, partim veteranis in premium datur; hoc non imputatur venditori et agit ad precium; et ibi 'bene a Zenone': ibi dicitur quod omnia principis esse intelliguntur". Sententiam de conditore canonis iam posuit Nicolaus in *Tabule veteris et novi coloris*, Quarta tabula, septimus, p. 45, cum allegatione eiusdem loci *Digestorum* [lex 11 Lucius]. In textu supra in manuscriptis quae continent Tractatum *De usuris* semper legitur De eviccionibus. Lucius, et Nicolaus de Rosa Nigra concludit ponendo positionem contra possibilem praescriptionem: "Non obstante illo quod dicitur *Digesta*, De eviccionibus..." possessor malae fidei nunquam prescribit (cf. *Sextus*, 5, 12 De regulis iuris, Regula II; Fr. II, 1122). Quod Nicolaus ponit de conditore canonis saepe evincitur ex *Digestibus* et ex *Codice* et vide v. g. *Digesta lib. 21, tit. 2 De evictionibus et duplae stipulatione, lex 76* (Kriegel I, 356): "Si alienam rem mihi tradideris et eandem pro derelicto habuero, amitti auctoritatem, id est actionem pro eviccionem, placet".

II, pp. 197-198; not. 355; *adde*: In *Summa Raymundi*, liber II, De usuris et pignoribus, nr. 99 [quod ponit secundum Raimundum etiam Goffredus de Trano, *Summa*, De usuris, p. 212r], legis: "Dicitur usura quasi usus eris id est pecunie...dicitur enim committi usura in hiis rebus circa quas consistit mutuum, scilicet que consistunt in numero, pondere vel mensura, nunc ut quelibet moneta que proprie dicitur pecunia numerata; pondere ut ere, argento, auro etc., que appenduntur [Goffredus. et que solent ad pondus dari]; mensura veluti frumento, vino, oleo et similibus; instituta quibus mo[dis] re[rum] con[trahitur] ob[ligacio] circa pri[vilegium]"[ms. 2189 Bibl. Jagell. Cracoviensis. 2189, f. 107v].

II, p. 198; tertia linea: "pane [recte: panno]"

II, p. 198; not. 358; *corrigere et adde*: Rodarum, recte (Guilelmum) Redonensem (seu Rodonensem), *Apparatus seu Glossa ad Summam Raymundi de Pennaforte* (Schulte II, pp. 413-414), lib. II, De usuris et pignoribus, ad vocem "mensura" (vide textum supra, cf. not. 355): "Nunquid mutuum est si quis dedit X ulnas de scanforta (?) seu alia specie panni pro aliis X reddendis ad certum terminum ...videantur consistere in mensura. Respondeo: verior est contractus iste permutacionis quam mutui et nomine mesure hic restringitur ad modios et lagenas et alia vasorum genera quibus mensurari debent liquida et grana...et excusatur qui pannos, vinum, granum, olium vel alias merces ..." (ms. Bibliot. Jagell. Cracoviensis n. 2189, ff. 107v-108v). Quod sit mensura secundum Guilelmum Redonensem (seu Rodonensem) allegat Henricus Bohic (vide infra not. 361): "Et nomen mrsure restringitur secundum Rodoffredum [recte: Rododensem] ad modicos, lagenas, et alia vasa quibus solent mensurari grana et liquida; secus de paniis [et] rebus que mensurantur ad brachia vel ulnas...". In manuscriptis III G 9 et VIII F 3 nomen Redonensis legitur Rod [onensis]., ut apud Guidonem de Basio, *Rosarium*; cf. supra not. 282.

II, p. 198; not. 360; *adde*: Iohannes Andreae, *Novella in Decretales Greg.*, in X 5, 19 De usuris, 5 In civitate; in ult. Gl. Bernardi Parmensis; t. v, 74.

II, p. 198; not. 361; *adde*: totum textum cum allegationibus ut supra "quod habet locum in hiis que consistunt in pondere...non committitur usura quoad formam sed ex mente", legis ad

verbum in *Distinctionibus in Decret. Gregor. Henrici Bohic*, ad X 5, 19 De usuris, 6 In civitate, nr. 6 (ed. Lugd. 1557, p. 82v), cuius continuationem de speciebus usurae legisti in principio Tractatus *De usuris* per Nicolaum de Rosa Nigra una cum commentario ad id. c. 6 In civitate Henrici Bohic, postposito ordine opinionum et nonnullis verbis omissis seu additis (nr. 5-6-2-3): “Species usure sunt...pecunie quod in idem redit” (apud Henricum: “quod in idem recidit”); cf. not. 1.

- II, p. 198; not. 362; *adde*: Guilelmus de Monte Lauduno, *Lectura super Clementinas*, in Clem. 5, 5 De usuris, unic. Ex gravi (Fr. II, 1184, Celemens V in Concilio Viennensi), ad & 2 Sane, ad vocem “pertinaciter [affirmare praesumant exercere usuras non esse peccatum]: “...quid enim proprie sit usura potest esse dubium et in dubio periculum cum non licet dubitare quando usura in casu in quo est usura...vel asserere contrarium hoc esse periculum sed dubitarean in illo vel isto casu sit usura vel non in hoc non est periculum, ut supra c. Naviganti. Unde si vis scire quid proprie in casu nostro sit usura dico quod quicquid ultra sortem requiritur in contractu mutuui dumtaxat [sic] quod mutuum potest consistere in numero sicut pecunia,, in pondere sicut piper, cera et alie ponderabiles res, vel mensura sicut bladum, vinum et similia, ut xiiii q. iii Plerique, (Ca. 14, q. 3, c. 3; Fr. I, 735) et est speciale in mutuo...vendo tibi castrum ...potero agere ad supplementum...et sic non habet locum lex Rem maioris, C[odex] De rescinden[da] vendi[tione]. Ad hoc credo dicendum quod iure fori in contencioso scilicet iudicio, nichil possit peti, cum ex forma sua non sit contractus usurarius, ut supra De pig[noribus], Illo vos (X 3, 21, 4, Fr. II, 526-527, Innocentius III); et idipso vivente non posset idem compelli nec alias sponte et gratis ipse per se vel aliquis ex devocione sibi faceret conscienciam iure poli potius quam iure fori, ut xvii q. iiiii Quicumque (Ca. 17, q. 4, c.43; Fr. I, 827)...” (ms. 362 Bibl. Jsgell. Cracoviensis, ff. 131rv). Allegatio glossae Guilelmi de Monte Lauduno proponitur ab Henrico Bohic, *Distinctiones in Decret. Gregor.*, ad Quintum, ad X 5,19, De usuris, 6 In civitate, in finr nr. 7 (ed. Lugduni 1557, p. 82v). De iure poli et fori, vide supra, I, 186 et *De purgatorio*, pp. 78-79.
- II, p. 200; not. 366; *adde*: De usu et fontibus opinionis expressae verbis “quilibet est arbitrator et moderator rei sue”, vide not. 416 et 436.
- II, p. 201; not. 368; *adde*: Legis in glossa Bernardi Parmensis ad vocem “Privatis conferre”: “Honestis tamen, lxxxvi distinc. Donare...”. (cf. etiam not. 415-416)
- ii, p. 201; not. 370; *adde*: Ad intelligendum verius punctum de venatione de quo in foliis supra legendae est et permagni faciendae praesertim Bernardi Parmensis Glossae ad X 5, 24 De clerico venatore, 1 1 Episcopum (ex quibus glossis pendet directe seu indirecte doctrina de venatione quam invenis in *Summa super titulis Decretalium Gregor. dicta aurea* Henrici Hostiensis [1250-1261]; in *Summa de casibus Astensis* seu Astesani [ante 1317]; in *Novella ad Decretales Gregor. Iohannis Andreae* [1320-1321]; in *Distinctionibus ad Decretales Gregor. Henrici Bohic* [non post 1348] quibus fontibus Nicolaus utitur explicite seu implicite). Ad c. 1 Episcopum [ubi legis in Rubro: Clerico prohibetur venatio...] Bernardi Parmensis glossae: “gl. seq. ar[gmentum] a contrario et illud [id est venationem] concedit si tria concurrant, denu[m] distinguit quadruplicem venationem; et quartam scilicet que sit ad aves vel bestias, subdistinguit in clamorosam et quietam”; glossa ad vocem “voluptate”: “Ergo videtur quod causa necessitatis vel recreationis licitum sit quod posset concedi aliis clericis, excepto episcopo...dummodo clamorosam venationem evitent. ...Quedam enim venatio dicitur oppressiva hominum et hec omnino illicita est...Et est adulatoria que sit per verba et hec est illicita...Et est harenaria que sit in harena et mala...Saltuosa et clamorosa licita est laicis...sed clericis omnino non licet talis venatio...”. Vide etiam canones [cum glossis], quos plerumque citat Bernardus Parmensis ubi agitur de venatione: Di. 6, post c. 3, His ita (Fr. I, 11, Gratianus, in fine legitur de Nemroth robusto venatore, hominum oppressore); Di. 34, c. 1 Quorundam (Fr. I, 125); Di. 46, c. 2 Sunt nonnulli (Fr. I, 168, Gregorius Magnus, De his qui peccantibus adulantur); Di. 86, canones 8 Qui venatoribus [Augustinus], 9 Qui venatori [Augustinus], 10 Vident homines venatores [Augustinus], 11

Esau venator erat [Ieronimus], 12 Quid prodest ...luxuuri venatoribus [Ambrosius], 13 An putatis...disponit retia, canes producit, saltus silvasque perlustrat [Ambrosius] (Fr. I, 299-300); Ca. 3, q. 7, post c. 1, Tria sunt (Fr. I, 524-525, Gratianus qui ponit punctum Digestorum in c. 2, ubi in c. 2 Non postulantium, legis: [infames qui]operas suas locaverunt ut cum bestiis depugnarent un arena); Ca. 6, q. 1, c. 11 Sunt plurimi (Fr. I, 556, Gregorius Magnus, “vitam bonorum amplius quam debent laudant”). De quadruplici venatione plane legitur in: Henricus Bohic, *Distinctiones in Libros Decretalium Gregor.*, in Quintum librum, ad X 5, 24 De clerico venatore, 1 Episcopum (editio lionensis 1557, p. 88rv): “Quot modis dicatur venatio. Quedam enim dicitur oppressiva sive violenta hominum, unde Gen. III et XI c. [recte: Gen. 10, 8-9], transumptive legitur VI distinctio [c. 3] Non est peccatum (Fr. I, 11, Ysidorus) & Hiis ita (ibid., Gratianus) in fine ‘Cepit Nemroth robustus esse venator coram Domino’, id est [secundum glosam ordinariam ex Alcuino] ‘hominum oppressor et extincor’, permittente Domino. Alia est enim adulatoria...Tertia est arenatoria, scilicet cum quis recipit salarium ut in arena pugnet cum bestiis feris....Quarta dicitur aucupativa [sic] quam faciunt homines cum canibus vel avibus ad bestias vel ad aves...Si de clamosa que in saltu vel nemore fit hominum canum et avium multitudine congregata, tunc aut queris nunquid est omnibus interdicta tempore quadragesime et ieiunorum seu precipuarum festivitatum...quibus homines debent convenire in ecclesia et orare; et dic quod sic sive sint clerici sive layci...Aut in aliis diebus feriatis vel non ferialibus, et tunc laycis est concessa ...clericis vero est omnino interdicta...Si de quieta seu recreativa, puta cum rethibus, laqueis et canibus cum silentio et modestia, tunc aut queris de laycis et illis est permissa. Aut de clericis, tunc aut sit causa voluptatis vel vagationis vel nimis frequenter, tunc est eis interdicta ut hic.”.

- II, p. 203; not. 383; *adde*: Eundem textum qui tribuitur Bonaventurae legitur in: Nicolaus de Rosa Nigra, *Querite*, p. 56, ubi adnotatur “non inveni”.
- II, p. 205; not. 402; *adde*: Henricus Bohic, *Distinctiones in Decret. Gregor.*, In Quintum, ad X 5 24 De clerico venatore, c. 1 Episcopum, ubi legis tetxum supra: “...venacio oppressiva... permittente Domino” (vide not. 370).
- II, p. 205; not. 403; *adde*: De venatione occupativa sive clamosa et saltuosa, vide: Henricus Hostiensis, *Summa aurea*, ad X 5, 24 De clerico venatore, 1 Episcopum ubi legis textum supra partim ad verbum, partim ad sensum “...venacio occupativa...tempore necessitatis” (vide not. 370); Astesanus, *Summa de casibus*, lib. VI, tit. 51 De venatione., ubi legis tantum de triplici venatione.
- II, p. 206; not. 409; *adde*: “venator currit...Hostiensem”: haec verba legis in Henrici Bohic *Distinctionibus*, In Quintum ad X 5, 24 De clerico venatore, 1 Episcopum, in fine glossae (ed. lionensis [Lugduni] 1557, p. 88v).
- II, p. 206; not. 414; *adde*: Nicolaus de Rosa Nigra consulto omittit sententiam de liceitate piscacionis de qua in: Bohic, *Distintiones in Decret. Gregor.*, In Quintum, ad X 5, 24 De clerico venatore, c. 1 Episcopum: “Et rationem quare non licet monacho venari sed bene pescari, ut De cons. Di. V Nunquam (Di. 5, De cons., c. 33; Fr. I, 1420-1421, Ieronimus “Texantur et linea capiendis piscibus”), vide per Hostiensem in dicto & Que et quibus, ubi dicit quod ratio est quia venatio sit cum clamore, piscatio cum quiete, vel quia maior delectacio et dissolucio est in venatione quam in piscatione, venator enim currit per devia sicut diabolus que ducit animam captivam, secundum Raymundum, Goffredum et Hostiensem” (vide supra not. 409). Quod Nicolaus supra allegat de venatione intelligitur verius si legis etiam de piscacione. Allegatio c. 33, De consec. Di. 5 legitur etiam in *Punctis*, pp. 113-114 et nominatur in *Expositione super Pater Noster*, p. 180. In glossa de qua in textu ad Di: 86, c. 11 laudatur piscatio quae fit sine clamore.
- II, p. 207; not. 416; *adde*: In Bernardi Parmensis glossa ad c. 4 de quo in not. 415 legitur ad vocem “Privatis conferre”, “Honestis tamen, 86 di. Donare [vide not. 369], et non haereticis,

*C[odex]* De apo[statis], l. Et qui [Hiis qui] (*Codex* 1, 7, 3; Kriegel II, 79-80) et j [X] De here[ticis] Si quis Episcopus [heredes] (X 5, 7 De haereticis, 5; Fr. II, 779, Concilium Africanum), et c. sequenti[s] (c. 6; Fr. II, 779, idem). Tancr[edus]”. Iura canonica et civilia prohibent ut donationes et haereditates fiant apostatis, haereticis, non christianis. De sententia “ non est quis moderator rerum suarum”, cf. infra, not. 436.

- II, p.208: not. 423, *adde*: Cf. Magister Stanislaus de Znojma, *Tractatus de Romana Ecclesia* (1412 *Quia mysticum*) ed. J. Sedlák, «Hlídka» 28 (1911), 15-24, rist. in *Miscellanea hussitica Iohannis Sedlák*, Praha 1996; cf. idem, *Tractatus de Ecclesia* (1413-1414 *Ubi sana fides: partes selectae*), in: Sedlák; *Jan Hus*, 202\*-304\*(erronee auctor dicitur Páleč); cf. S. Sousedík, *Stanislaus von Znoim*, “Mediaevalia Philosophica Polonorum”, 17 (1973), 37-56; cf. Stephanus de Palecz (Štěpán Páleč), *Tractatus de Romana Ecclesia*, ed. J. Loserth in: *Beiträge zur Geschichte der hussitischen Bewegung*, IV, “Archiv für Österreichische Geschichte”, 75 (1889), 340-342; R. Palacz, *Stefan Palecz*, “Materiały do historii filozofii średniowieczney w Polsce”, 8 (1967), 93-124.
- II, p. 210: not. 429; *corrigere et adde*: Di. 32, post c. 6, III Pars. Gratianus. Verum principia...Sed Urbanus II...hanc contrarietatem determinat dicens..., & 2 Attamen...Scribit enim predecessor noster Gregorius Radulfo et Bertolfo ducibus inter cetera: ‘Offitium simoniacorum...prohibeatis.’” (Fr. I, 118)
- II, p. 211; not. 436; *corrigere et adde*: c. 10 de quo in allegatione in textu supra (X 1, 4 De consuetudine, c. 10; Fr. II, 41) non pertinet ad rem cum proponat argumentum de vitio prodigalitatis quod inducit ad alienationem bonorum uxoris. Verius et recte: Iohannes Andreae, *Novella* in X 1, 2 De constitutionibus, 9 Cum Martinus Ferrariensis canonicus (Fr. II, 11-12, Innocentius III), ad vocem “[Et] licet [eorum reditus non modicum fuerint argumentati] (Iohannes Andreae, *Novella in Decret. Gregor.*, t. I, 17a, nr. 31):“Licet † enim expediat rei publice ne quis re sua male utatur. ‘Iustum enim est cuique committere sua’, C. De iudeis, l. Nemo (Codex 1, 9, 9; Kriegel II, 81).... ‘Et sue rei quisque moderator et arbiter est’. C. Mandati, l. Mandata (Codex 4, 35, 21; Kriegel II, 268)”. Probabiliter negligentia alicuius amanuensis causavit confusionem Decretalis IV De consue[tudine] cum Decretali II De consti[tutionibus] ubi invenis eciam c. 12 Ex parte (ob argumentum simile c. 9 Cum Martinus) et invenis vocem “licet [non sint eius diminuti reditus]”.
- II, p. 212; not. 437; *adde*: Nicolaus respondit allegando *Summam Theologicam* ad opiniones opponentis qui non potest esse unus ex quatuor optimis canonistis illius temporis qui tractaverunt de contractibus emptionis et venditionis Thomae doctrinam secuti: Henricus de Langenstein dictus de Hassia (relictis Parisiis a. 1383, Pragae moratus est ad annum 1389, Vindobonae † 1397) qui scripsit *Quaestiones 33 De contractibus et origine censuum, de usuris, de contractibus emptionis et venditionis* (*Gersonii Opera*, Coloniae 1483-1484; t. IV); Henricus de Oyta, Ord. Carm. (cum collega et amico Henrico de Hassia reliquit Parisios anno 1383 et petiit Vindobonam; Prage docuit 1381-1384; Vindobonae †1397?) qui scripsit *Tractatum de contractibus* (*Gersonii Opera*, Coloniae 1483-1484, t. IV, 224-253); Matheus de Cracovia (professor pragensis 1384-95, receptus Heidelbergae a. 1395, Episcopus Wormaciensis †1410) qui scripsit *Tractatum de empcionibus et venditionibus* (Codice Bibliothecae Jagellonicae Cracoviensis 2129, ff. 1r-46v); Iohannes Charlier de Gerson dictus Gersonius seu Gerson (interfuit Concilio Generali Constantiensi tum regis Galliarum tum Universitatis Parisiensis nomine, cuius Concilii fuit anima cum quibusdam aliis eiusdem sententiis viris pro componendo schismate et reformatione Ecclesiae in capite et in membris partem habens in damnatione errorum Wyclif et Hus; finita 1418 synodo consecutus est exilium perpetuum et commoravit in Tirolo hospes ducis Austriae et ab a. 1419 Lugduni hospes fuit fratris, prioris Coelestinorum, †1429) qui etiam Cancellarius Parisiensis (ante 1413) scripsit *Tractatum de contractibus* (*Gersonii Opera*, Coloniae 1483-1484, t. IV).

- II, p. 228; not. 510; *corrigere et adde*: in manuscriptis III G 9 et VIII F 3 legis "...De tes[tibus et attestacionibus], Cum causam, sed legis in ms. X D 10 "...De test[ibus et attestacionibus] Cum causa (X 2, 20, 42; Fr. II, 333, Innocentius III). Hic agitur de Decret. X 2,20 42 [non ut adnotat De Vooght: 2, 20, 37], cuius 'incipit' secundum Freiberg in nonnullis codicibus est "Cum causam", in aliis "Cum causa"; ubi legitur glossa Bernardi Parmensis ad vocem "Deceptionis": "Licitum est contrahentibus ad invicem se decipere ... Verum est usque ad dimidium sed non ultra ... De emptione et venditione, Cum Dilecti".
- II, p. 228; not. 512: *adde*: in glossa Bernardi Parmensis ad X 3, 17, 6 Cum causa ad vocem "[ultra] dimidiam" legitur quomodo est intelligendum dimidium iusti precii exemplis per Azonem (de quo supra) et dominum Jacobum (de Albenga, Magistrum Henrici Hostiensis).
- II, p. 230; not. 519; *corrigere et adde*: Nicolaus allegat c. 37 Cum causam Decret. De testibus Libri II et in manuscriptis III G) et X D 10 legitur recte "Cum causam" et non "Cum causa" (c. 6 Cum causa Decretalis De emptione libri III). Per errorem textus ponit quod c. Cum causam allegetur "hic" per opponentem et per errorem De Vooght legit in manuscriptis "Cum causa".
- II, p. 230; not. 520; *adde*: Glossa Bernardi Parmensis ad X 2, 20 De testibus et attestacionibus, 37 Cum causam, ad vocem "Effrenatam multitudinem": "Sed hoc potius consideratur secundum magnitudinem cause et personarum qualitatem; nam quandoque XXIII millia dicuntur pauci, XLV di. Disciplina". Supra in textu legendum est "Cum causam" et non "Cum causa".
- II, p. 230; not. 522; *corrigere et adde*: Glossa ad X 2, 20 De testibus et attestacionibus, 37 Cum causam, cuius textus legitur in fine glossae, ad vocem "Effrenatam multitudinem" (vide not. 520).
- II, p. 230; not. 523; *adde*: c. 9 (Di. 163-164) ponit considerationem de diversa aestimatione numeri personarum [non totus populus Israeliticus punitus est sed per orationem Moysis tantum "triginta tria millia hominum ceciderunt"]. Nicolaus utitur tanen numero posito in glossa [XXIII milia] quasi pretio domus.
- II, p. 231; not. 524; [in prima linea huius pag. 231 legendum est secundum manusscripta: in dicto c. Non satis; errate hic supra ponitur: in Decreto, c. Non satis].
- II, p. 231; not. 525; *Decretum Gratiani*, Di. 50, c. 29 Si quis diaconus, & 1 Ecce manifeste (Fr. I, 190).
- II, p. 231; not. 526 [quae ponenda est ad verbum "peccatum" in linea 13 huius paginae]; *corrigere et adde*: "Non est credendum quod ius canonicum...peccatum": Iohannes Calderini (†1365), Repetitio super c. Naviganti (X 5, 19 De usuris, c. 19 Naviganti; Fr. II, 816, Gregorius IX) [Repetitiones, Distinctiones; cf. Schulte II, p.252]; Commentarium Iohannis Calderini in c. Naviganti legis in Codice Bibliot. Jagellonicae Cracoviensis nr.403 [circiter a. 1400 comscripto], f. 215r-224v; sententiam de origine iuris canonici Iohannis Calderini allegat quasi iisdem verbis circiter a. 1420 etiam Magister Cracoviensis Stanislaus de Scarbimiria in *Determinatione de contractu reemptionis* (ed. Bożena Chmielowska in: *Traité de Stanislas de Skarbimierz* "De contractu reemptionis" retrouvé dans le manuscrit G 14838 de la Bibliothèque Universitaire de Gand, *Mediaevalia Philosophica Polonorum* 31-1992, p.137, ubi tamen Magister Stanislaus scribit improprie se sententiam Iohannis Calderini legere in Commentario ad c. In Civitate [X 5, 19, 6; Fr. II, 813, Alexander III], in solutione tertiae opinionis). Eandem originem iuris canonici a Spiritu Sancto dictati posuerunt secundum c. Violatores (Ca, 25, q. 1. C, 5; Fr. I, 1008, Papa Damasus: "Violatores canonum...et a sancto Spiritu instinctu cuius ac dono dictati sunt damnantur...") illis temporibus [Nicolaus de Drazna], De simonia ms. V F 28 Bibliot. Publicae Pragensis, f. 121v (ante 1408); Paulus Vladimiri (Pawel Włodkowicz), Conclusio in Concilio Constantiensi "Ad aperiendam" (a. 1416, in: Ludwik Ehrlich, *Pisma wybrane Pawła Włodkowica*, Warszawa 1968, t. I, p.204). Benedictus Hesse, theologus cracoviensis circiter a. 1449 in initio anni ordinariae lectionis

Decretalium proponit Actum ubi legimus,,: “Deus enim est omnium scientiarum elargitor, presertim decretorum et sacrorum canonum que per Spiritum Sanctum per ora Romanorum Pontificum divinitus sunt promulgata, xvi q. iii Nemo (Ca. 16, q. 3, c. 17; Fr. I,796, ubi tamen per Iohannem papam VIII circiter a. 874 principia ponuntur de praescriptione centum annorum privilegiorum Ecclesiae Romanae cuius venerandae leges sunt “divinitus per ora piorum principum promulgatae”; J. Fijałek, *Studia do dziejów Uniwersytetu Krakowskiego i jego wydziału teologicznego w XV wieku*, Rozprawy Akademii Umijętności, Kraków 1899, p. 137 [textus partim editus ex ms. 1369 Bibliot. Jagellonicae Cracoviensis, ff. 6r-9r]).

- II, p. 232; not. 532; *adde*: “canonicam scripturam que est novum et vetus Testamentum, ut patet VIII di. in Summa nec contra ius naturale quod in lege et ewangelio continetur”; huiusmodi sententias legis tantummodo in di. IX [et non in di. VIII], in glossa ad Summam Quod autem Iohannis de Faventia, ante c. 1 Imperatores ad vocem Quod autem (Fr. I, 16; Decretum cum glossis, columna 26): Et sumitur per totam hanc distinctionem ‘ius naturale’ pro ‘iure divino’, quod continetur in Lege et in Evangelio. Item per totam hanc distinctionem vocat canonicam scripturam novum et vetus Testamentum.”
- II, p. 232; not. 533; *corrigere et ponere*: “*De Communionem calicis*, circa quintam conclusionem ubi ponitur numerus vigesimus”, vide *Apologia seu De conclusionibus doctorum in Constancia de materia sanguinis [de communionem calicis]*, ms. IV G 15, ff.174va-175va; cf *De purgatorio*, p. 126: “Et de adhibenda fide dictis doctorum vide in Conclusionibus doctorum de materia sanguinis et in materia de usuris”.
- II, p. 232, not. 534; *adde*: Nicolaus de Rosa Nigra in *Apologia* ad locum de quo in nota praeced. allegat Augustinum hanc sententiam ponentem: “IX di. Quis nesciat et Ego solis (Di. 9, cc. 8 et 5; Fr. I, 17), et etiam cc. 10 et 3 (Fr. I, 17-18)”, “Et idem dicit VIII di. dicit: [c. 10] Neque quorumlibet ...[c. 3] Noli meis litteris...[c. 4] Negare non possum...[c. 9, in fine] In eo quippe...Hec Augustinus VIII et IX di. per totum” (f. 175rb-va). Canones quos Augustinus allegat legis tantummodo in Di. 9 quem errorem invenis etiam in textu supra *De usuris* cum de auctoritate Veteris et Novi Testamenti dicatur non in glossa ad Di. 8 c. sed in glossa ad canones Di. 9 c. 3 Noli meis, ad vocem “canonicis” (*Decretum cum glossis*, columna 27): “... Vel hoc ideo dicit [Augustinus] ut ostendat quod maior sit auctoritas Veteris Testamenti quam sanctorum Patrum...”. In ms. X D 10 hic legitur: “in glo. c. Noli, di. viii.” In manuscripto III G 9 amanuensis legit probabiliter “Noni” et scribit per errorem, “IX”.
- II, p. 232; not. 535; *adde*: glossa ad Di. 12, c. 12 Omnia (Fr. I, 30) ad vocem “cause” (*Decretum cum glossis*, columna 46) ubi allegatur etiam Di. 68, c. 5.
- II, p. 232; nota 536; *adde*: “ubi legis in glosa ad vocem “ignoramus” (*Decretum cum glossis*, columna 345) quod in textu supra sequitur: “argumentum quod a quocumque...extirpandum es”.
- II, p. 232, nota 538; *corrigere et adde*: Iohannes Andreae, *Novella in Sextum*, De regulis iuris ad Regulam II (Fr. II, 1122, Bonifacius VIII: “Possessor malae fidei ullo tempore non praescribit”), ad vocem “Possessor”: “Questio. Si autem queritur de eo quod completa praescriptione incipit habere malam fidem, an tenetur rem restituere, dic ut no. xiii q. vi c. 1 (Ca. 14, q. 6, c. 1; Fr. I, 742-743, Augustinus) et xxxiiii q. ii Si virgo (Ca. 34, q. 1 et 1, c. 5; Fr. I, 1259, Augustinus) et supra De Prescrip. Vigilanti (X 2, 26 De praescriptionibus, c. 5; Fr. II, 383, Alexander III)” (Liber Sextus Decretalium, cum glossis et additionibus Iohannis Andreae, Basilea 1500, ad locum). Cf. Henricus Bohic, *Distinctiones in decretales Gregor.*, ad Librum Secundum, X 2, 26 De praescriptionibus, 17 Si diligenti, numeri 13-19 (ed. Lugduni 1557, Super secundo p. 155 rv). Henricus ample distinguit quaestiones: “Super Glossam [Bernardi Parmensis] Illud generaliter. Si queris utrum in usucapionibus vel praescriptionibus presumatur ex parte usucapientis vel praescribentis bona fides vel non...”; Super ea. Glo. Si queras utrum sciens rem esse alienam possit eam praescribere vel iam praescriptam retinere licite distingue:...Si non habet conscientiam remordentem rei aliene vel

malam fidem sed solum scientiam rei alienae, refert: aut huiusmodi scientia rei alienae supervenit post prescriptionem completam, et tunc non nocet prescribenti nec propter hoc tenetur eam restituere quia iam non est aliena, imo sua et iuste eam possidet quia iure xiiii q. iiii Quid dicam (Ca. 14, q. 4, c. 11; Fr. I, 738, Augustinus, “Hoc enim certe alienum non est quod iuste possidetur, hoc autem iure quod iuste, et hoc iuste quod bene”), sicut ‘qui auctore pretore possidet, iuste possidet’, ff. De acqui[renda] pos[sessione], l[ex] Iuste (*Digesta*, liber 41, tit. 2, lex 2 & 11; Kriegel I, 746). Ita intellige quod notat Ber[nardus] supra eo. Vigilanti, glos[sa] ii circa finem, ver[sus] Alii dicunt, etc. j eo. c. fin. glo[ssa] ulti[ma]...; ita intellige quod notat ...Hoc idem etiam notat...Io[hannes] An[dree] De regulis iuris, c. Possessor, lib. VI; ibi vide specialiter in *Novella* ubi ponit sex questiones per fratrem Geraldum...Omittens quinque primas recipio sextam ad propositum facientem ad quam communiter respondent iuriste quod non, propter tria. Primo...Secundo quia iam factum est meum quod erat alienum utriusque iuris autoritate non obstante quacumque mala fide superveniente postea. Tertio quia nullus tenetur restituere illud quod possidet iuste et bene non obstante mala fide superveniente; igitur eam restituere non tenetur. Maior est evidens. Minor probatur quia illud quod habetur de iure, iuste possidetur et bene, et per consequens non est alienum, ut patet xiiii q. iiii Quid dicam. Istis non obstantibus secundum fratrem Geraldum dicendum est quod qui sic prescripsit in foro conscientie restituere rem prescriptam tenetur...quod probat tribus rationibus...Pro hac parte Io[hannes] An[dree] addit tres textus, scilicet c. Si virgo, xxxiii q. ii, et c. Vigilanti alle. supra, et c. Peccatum j De regulis iuris. Lib. VI (Sextus, De regulis iuris, Regula IV; Fr. II, 1122, “Peccatum non dimittitur nisi ablatum”). ...Ad contrarium...prima [opinio] dicitur theologorum quod teneatur [ad restitutionem], secunda dicitur iuristarum quod non teneatur...”. Gerardus de Senis, Ordinis Augustinianorum-Eremitarum, quem Iohannes Andreae nominat secutus Guidonem de Basio, scripsit de praescriptione et usucapione († 1336; Schulte II, 204-205). Cf. «ne scilicet domnia rerum essent incetrta»: «tergennali vel quadragenali prescriptione»; Io. And. *Novella* in X 1, De rescriptis, 5 Si quando; ed. Venetiis 1581, I, 23anr. 10, In gl. “et in fin.”: “In secretis divini iudicii vel his que a principum voluntate dependent non est reddenda ratio ut in contrariis...Unde si queratur quare res aliena usucapitur, dic, ne dominia rerum sint in incerto; ff. De usucap. L. 1. Si queratur quare triennio? Dic quod ita placuit principi, ut l. Non omnium; sic enim poterat plus minusve statuere. Host.” Vide supra in textu quod Nicolaus breviter ponit: “Item dicunt doctores...ultima questio” concludens “quod autem opinio theologorum...tollenda” (quod ipse dicit et non ascribendum est Iohanni Andreae, nisi ad sensum). Opinio doctorum exprimitur saepe verbis quas legis in Glossis Bernardi Parmensis ad c. Vigilanti, in Commentariis et Tractatibus Doctorum allegatis, ut supra apud Henricum Bohic, quas hic proponunt ad meliorem intellectus quaestionum. “Glossa ad vocem ‘Noverint’: Quod est intelligendum si ante impletam prescriptionem habuerit malam fidem, quoniam qui mala fide possidet non prescribit, ut dictum est. Sed pone quod post completam prescriptionem incipiat habere malam fidem, nunquid tenetur ipsam rem restituere vero domino. Videtur quod sic quia iam scit quod res non est sua et non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum, xiiii q. vi[c. i] Si res. Et j De usu. Cum tu. Sed contra videtur quod completa prescriptione iam tutus est secundum utrumque ius...Ergo iure possidet, si iure ergo iuste et bene ut xiiii q. iiii Quid dicam, nec iam dicitur aliena, ut ibi. Preterea iura faciunt hoc meum, illud tuum, viii di. Quo iure. Item conditor canonis vel legis potest mihi dare rem alienam et tutus ero, ff. De evic[cionibus] Lucius, et C. De quadri. Prescr., Bene a Zenone, et per totum, et sic molto fortius potuit inducere hanc prescriptionem in odium negligentium. Quidam dicunt quod quandocumque habet scientiam rei alienae tenetur eam restituere, alias peccat. Alii dicunt quod videtur verius quod non tenetur eam amplius reddere quia iam non est aliena, immo sua et iuste eam possidet quia iuste, xiiii q. iiii Quid dicam, sicut qui auctor pretore possidet, iuste possidet, ff. De acqui. pos. Iuste...”.

Instit[utionum] e[odem] ti[tulo] in prin[cipio] Primus....De acquirenda possessione, Iuste...  
De eviccionibus, Lucius. Et talis...

- II, p. 233; nota 541; *adde*: Supra legis: “de iusta possessione inducenti felicitatem publicam que est *tranquillus* et pacificus status civitatis”. Nicolaus, civis inter cives, ponit opinionem ubi utitur hic solum verbo “*tranquillus*” quem invenis eodem sensu in: Marsilius Patavinus, *Defensor pacis*, prima dictio seu pars, cap. XIX “De causis factivis *tranquillitatis*... civitatis...” in quo capite allegatur, omissis nonnullis verbis, I Tim 2, 2 “Obsecro primum fieri obsecrationes etc., pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam et *tranquillam* vitam agamus” (non invenies verbum “*tranquillus*” in aliis locis Novi Testamenti, ita ut verbum “*tranquillitas*” in Novo Testamento auctores utuntur solum de tranquillitate magna quae fit post “magnum motum in mari”. Ad melius intelligendam congruentiam Nicolai cum Marsilio cf. *Defensor pacis* (ed. Scholz I,1): «Omni quippe regno desiderabilis debet esse *tranquillitas* in qua et populi proficiunt et utilitas gentium custoditur...Cassiodorus in prima suarum Epistularum hac serie premissa *tranquillitatis seu pacis* civilium regiminum commoditatem et fructus expressit ut per hos tamquam optimos humanum optimum eius vite scilicet sufficienciam explicans quam sine pace ac tranquillitate nemo consequi potest, ad pacem habendam invicem, voluntates homines excitaret».
- II, p. 233; not. 542; *adde*: Huic sententiae suffragatur Sanctus Thomas qui allegat dictum Augustini in hac forma: “Aufer meretrices de rebus humanis, turbaveris omnia libidinibus” (De ordine, liber II, cap. 4 circa med.” (*Summa Theologica*, II-II, q. 10, art. 11 in “respondeo”. Nicolaus de Rosa Nigra seu eius discipulus eundem textum de quo supra in *De usuris* ponit in *De excellentia Sacrae Scripturae*, ms. X D 10, f. 76v [Lex civilis meretrices in civitatibus permittit ne res publica propter imperfectionem multitudinis que castitatem observare non potest dissensionibus que propter libidinem insurgerent conturbetur. Unde beatus Augustinus primo libro De arbitrio: lex ista que regendis civitatibus fertur multa mala concedit, lex autem divina et potissime ewangelica cogitationem inhonestam non permittitur [sic]”
- II, p. 233; not. 545; *corrigere et adde*: *Digestorum* lib. 41, tit. 3 De usurpationibus et usucapionibus, lex 1 “Bono publico usucapio introducta estne scilicet quarundam rerum diu et fere semper incerta dominia essent”(Kriegel I, 355).
- II, p. 233; not. 546; *corrigere et adde*: *Institutionum* liber II, tit. VI De usucapionibus et longi temporis possessionibus: “Iure civili constitutum fuerat ut qui bona fide ab eo qui dominus non erat quum crediderit eum dominum esse, rem emerit...is eam rem...usucapiat ne rerum dominia in incerto essent” (Kriegel I, 14-15)
- II, p. 233; not. 547; *corrigere et adde*: Ad c. Vigilanti (X 2, 26, 5) pertinet: “Ephesinus... confusionem, primus tergenali...legis imposuit.” Quod legitur in allegatione “ne scilicet dominia rerum essent incerta...in principio” invenies in Glossa Bernardi Parmensis ad c. Vigilanti, ad vocem “segnitiem”：“vitandam scilicet ne rerum dominia essent incerta, ff. De usura, l.i, et Instit. De usura., in principio”. [in ms.X D 10: Instit. eo. tit.].
- II, p. 233; not. 548; *corrigere et adde*: *Digestorum* liber 1, tit. 2 De acquirenda possessione, lex 11 Iuste; Kriegel I, 746; cf. supra not. 538.
- II, p. 233; not. 549, *adde*: et nota 538.
- II, p. 234; not. 559; *adde*: cf. *Puncta*, p. 147.
- II, p. 235; not. 560; *corrigere et adde*: X 5, 39 De sententia excommunicationis, 28 A nobis II (Fr. II, 899-900, Innocentius III): “...iudicium Dei veritati, quae non fallit nec fallitur, semper innititur; iudicium autem Ecclesiae nonnunquam opinionem sequitur, quam et fallere saepe contingit et falli...”. Hic supra Nicolaus de Rosa Nigra proponit Glossam Bernardi Parmensis ad c. 28 ubi legis ad vocem “iudicium autem”: “Iudicium enim Ecclesiae divinum debet imitari iudicium in quantum potest xi q. iii Tunc vera est”; qua glossa usus est Henricus Bohic, *Distinctiones in Decretales Gregor.*, in Quantum ad X 5, 39, 28 (ed.



Lugduni 1557, p. 131b). Supra legitur etiam quod invenis in *Novella* Iohannis Andreae ad X 4, 17 Qui filii sint legitimi, 14 Per venerabilem (Fr. II, 714-715, Innocentius III): "...non recurrimus ad fabulas...*nec ad ius positum ...in quo est pro ratione voluntas, sed ad ius divinum*"; cf. *Sermo ad clerum de materia sanguinis* Nisi manducaveritis (*Puncta*, p. 186 in textu et in nota 109).

II, p. 235; in textu in ultima linea legitur recte in manuscriptis: "...Hec autem ad presens dicta sufficiunt". In ms. III G 9 recte legitur etiam explicit: "Explicit tractatus magistri Nicolai de Drazn, tractans de usura" [non legitur: "...de Dresda..."]. In codice A 79/5 Bibliothecae Capitularis Pragensis, in *Tabule Veteris et Novi Coloris*, in f. 261 r legitur in conclusione: «Finitur blasphemia contra Ecclesiam. Ista scripta, ad hunc sensum hereticum collecta, sunt redacta in hac forma per *Draznenses* qui de Drazna expulsi plurimos seduxerunt, qui eciam nec de purgatoria quod est nec de suffragiis sanctorum tenuerunt oppositum dicendo.» Copia huius textus est tarda. In Codice 7 (primae mediae aetatis saec. XV) eiusdem Bibliothecae in fine *Tabularum*, f. 35 r legitur: «...In hac igitur Tabula et omnibus aliis per novum colorem intelliguntur *Iuriste* qui dicuntur potius pseudoprophete...»; etiam in initio *De quadruplici missione*, ms. Mikulov II, 123, f. 88v legitur: «Quidam *iurista* ponit...». Opus *Tabulae* a Doctoribus Pragensibus intelligitur «opus collectivum». In codice 2148 Bibliothecae Jagellonicae, leguntur Nicolai *Puncta* et in fine: «Et tantum de isto triplice iudicio. Expliciunt Puncta Magistri Nicolai de Dresda»; codex continet nonnulla opera Nicolai, inter quae habes *Tabulas* transcriptas sub anno Domini 1414.

Deo gratias      Modetiae 23-2-2014 Romolo Cegna